



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Liber IV. De Sacramento Eucharistiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

DE SACRAMENTO EVCHARISTIAE LIBER QVARTVS

MONITIO AD LECTOREM.

ADVERTE (*Amice Lector*) me de Sacramento Eucharistiae, ut & de Sacrificio Missae tractatio huius item est loci, pluribus egisse in Opusculo expedire Communionis, & in Opusculo de ejusdem Missae Sacrificio. Si ergo sapius ad Opuscula haec, te Lector, ablegen, ne minus id facio, ne ea huc transcribam, cum mea molestia, imo, & cum tua, qui cramben rebus tuamense appositam, quasi in tuus, iterum absumere cogereris. Hanc eandem monitionem, Tractatione Sacramenti Pœnitentiae, praemissam esse volo.

CAPVT PRIMVM.

De Materia, & Forma Sacramenti Eucharistiae.

MATER A Eucharistiae illud nimirum, quod aptum est consecrari, id est transubstantiari in Christi Domini Corpus, & Sanguinem, panis est, & vinum, ut in Trid. *sess. 13. n. 2. & 3.* observatur. Forma illa verba, Hoc est Corpus, &c. Hic est Calix sanguinis, &c.

§. I. De Materia Sanctissimi Corporis.

Materia cerio apta.

PANIS ex vero tritico, quod absolute Frumentum appellamus, certa est materia. Lege *S. Th. 3. p. 9. 47. ar. 3. & passim Doctores.*

2. Ejusdem tamen certitudinis est, si panis fiat ex Rocella, ut ceteri Itali vocant, & nos Siculi communiter vocamus Maioream. Item si fiat ex illo frumenti genere, quod non raro apud nos usui est, appellaturque Timminia, aliis triticum trimestre, seu trimestinum, sic dictum à brevitate, quia nascitur, & maturescit: sunt enim haec in omni rigore triticum.

3. Sive autem azimus sit panis, in quo consecrat Ecclesia Latina, sive fermentatus, in quo Graeca, certa est materia. Quo modo autem ab iis Ecclesiis servanda omnino sit sua consuetudo, in *Opusculo de comm. c. 2. §. 9.* fuisse dictum est.

4. Dixi autem (Panis) hoc est comestibilis usu communi, sub denominatione Panis, uno verbo, Panis usualis. Nam propterea massa cruda, esto essentialiter, ut aliqui putant, non differat à Pane cocto, cum non sit usu communi comestibilis, nullo modo ex omnium Theologorum sententia, apta est consecrationi.

5. Panem iterum dico, id est in clibano, seu furno coctum, vel simili modo igne assum, ut concoqui solent illae, quas vocamus Hostias, ferreo instrumento, ad eas assandas apto; quod certe clibano aequivaleret: & ut sit, quando Panis assatur sub cineribus, vel in vasis, sive ahenis, sive fictilibus, nullo humore adhibito, quia tunc per illam assationem vere sit Panis usualis, ut tenet Suar. *Agid. Delug. Fag. aliique apud Leand. tr. 7. d. 8. q. 13.*

6. Panem denique dico, etiam si ut habet *Leand. l. c. q. 12.* cum aliis contra *Fagun. p. c. Eccl. 3. l. 2. c. 1. n. 12.* madefactus sit vino, vel aqua, sive frigida, sive calida (dummodo non ita coquatur, ut amittat denominationem panis usualis,) quia sic adhuc remanet Panis. Quare

mica panis madefacta, & digitis manive compressa reddita, quasi massa, est apta consecrationi, quia sic (si aliud non addas) Panis usualis est.

De Pane bis cocto dicam *n. 10.*

7. Quod autem haec, & similia dicamus de validitate Consecrationis, non verò de licito usu, qui sibi de se servandus, quem consuevit Ecclesia, nimis est mundum.

Materia cerio incepta pro Consecratione Sanctissimi Corporis.

8. Primo Hordeum *Ogie.* Secundo Avena, *And. culis.* Tertio, Far, *Farro* Italici. Quarto Frumentum *italici.* *Masso* Hispanis, non dant materiam aptam consecrationi, quia nulla ratione, licet incrementum; Multo minus Fabæ. Milium, Lentis, Ciceris, Castaneæ, Amygdalæ, ceterique fructus, quia nullus frumentum sunt. De Hordeo exuto exteriori squama seu de farina ejusdem omnino dic, quod de Hordeo neque enim ea despoliatio illud immutat à suo genere.

9. Cum autem modò dixi Far non esse separatum, de communi Farre loquutus sum, nam si inter Farres intelligas Timminianum, (hanc enim per illud nomen Far significari ab Hispanis testatur *Leand.* l. c. q. 12.) sane apta est, ut modò dixi *n. 2.* Sicut enim non lapideus sum de eo genere Farres, quod à Plinio *l. 6. c. 20.* dicitur Adortum, & ex quo vetus, & optimus Panis coquitur, si enim ita est, apta est materia, cum sic supponamus, Adortum esse verum frumentum.

10. Massa veri frumenti, quam paltam vocamus, cruda, hinc etiam exulat, quia, ut modò diximus, panis non est.

11. Eadem Massa hordeo, vel butyro fixata, vel in aqua, cum faciat lagana potius, & pulvis, quam panis, certo item ab Altari excluditur.

12. Minutissima particula veri panis, quae sine dubio sensibilibus non sit, ut ait *Vasq. Suar. Hurt. aliique apud Leand. l. c.* sive etiam ex sententia probabiliori, quoniam in se sensibilibus, tamen talis non sit respectu Sacramenti consecrationis non est apta materia, quia non potest esse eam demonstrare Sacerdos per pronomen (Hoc) cum sit ipsi non sensibilibus. Lege *Leand. tr. 7. d. 8. q. 12.* cum *Hurt. Vasq. aliique contra Delug. d. 4. de Euc. num. 116.* Verum adverte minutissimam quantamcumque partem lam separatam ab Hostia consecrata, si tamen adhuc retinet species panis, remanere consecratam, ut definit Tridentinum, *sess. 13. can. 3. & 4.* non enim his modis praedicta ratio negationis demonstrabilis, quae loquum requiritur, dum sit consecratio, non iam possit

Materia dubia Consecrationis Sanctissimi Corporis.

13. Panis ex Typsa, seu Centeno, Panis ex Spelta, quā Zeam, seu Alicam, vocant aliqui, Panis ex Siligine illa, quam ad Centenum pertinere nonnulli dicunt, valde dubiam Doctores citati, & passim materiam afferunt, quia multum ambigitur, an hæc sint Frumentum verum. Hic etiam reduco, quem nos sermanum vocamus.

14. Dixi (Siligine illa, &c.) Si enim nomine Siliginis intelligas, ut aliquos intelligere testatur Granad triticum selectum, seu candidum quod ab aliquibus Italis vocatur *Grano gentile*, ab aliis, *frumento bianco*, & fortasse correspondet alicui speciei nostræ Maiorchæ, seu Rocellæ, de qua supra n. 2. diximus, si inquam frumentum est, apertissima est materia.

Sane Plinius lib. 8. c. 18. ait Siliginem esse delicias Tricici, & Galenus lib. 1. de ciborum facultatibus, c. p. ait panem ex Siligine, esse panem perfectissimum, seu perfectissimum alimentum.

15. Panem ex cremore Tricici, quem appellamus *Amidum*, valde item incerta materia est, quia ut *Amidum* fiat, corrumpi debet farina Tricici.

16. Panis ex Tritico misto notabiliter cum aliis seminibus, vel cum colore rubro cinnabari, quo solemus ut ad litteras consignandas, vel cum faccero, vel melle quos *Musciacoli* vocamus, semper erit incerta materia, quia quando mistio est in quantitate notabili, semper est dubium, an res sit absolute hæc, vel illa ex mistis; At si sit in modica quantitate, tunc, cum parum pro nihilo reputetur, non distrahatur res ad aliam speciem; quare erit consecrabilis.

17. Dubio tamen merito de aliquibus, etiam in quavis modica quantitate. Quis enim acquiescet Leandro de Euch. d. 8. q. 16. indicanti esse panem usum, Hostiam rubram, quamvis modico cinnabari imbibitum? Non ita panis, cui modicum v. g. faccerum sit immixtum; cum enim sic adhuc comestioni humanæ sit aptus, & ex alia parte ea parvitas, ut supponimus, illum non moveat à suo esse, non erit ad consecrationem ineptum. Illicius autem certe erit, quia est extra usum Ecclesiæ.

18. An autem in hoc casu exiguae mixtionis illa pars modica intermixta, substantia, v. g. illa modici facceri, ut etiam lapillus, terræ pulvisculus, vel granum hordei militis, similique generis, siue integri, siue confusi convertantur, necne in Corpus, vel Sanguinem Christi Domini simul cum massa, cum qua facit unum, ad Theologos speculativos, ut sunt Suar. Vasq. Gran. alique citati, à Leandro de Euch. d. 8. q. 10. enodare pertinet.

19. Panis ex vero Tritico confectus nō cum aqua, sed cum aliis humoribus, cum aqua rosacea v. g. vel succo alicuius herbæ, valde dubia materia est, quia inde panis usualis confici non videtur. Excipe nisi satis parva fiat mixtio liquoris alterius cum aqua naturali, nam tunc idem dicendum esset, quod modo in simili dictum est.

Panis, qui bis est coctus, quem absolute Biscoctum appellamus, aliquis inter materias dubias connumerare potest, sed certe panis est absolute, quia iterata ea coctio, illum non extrahit ab usuali pane, quare materia dubia non est consecrationis, sed certa.

§. II. De materia Sanctissimi Sanguinis.

Materia certo apta.

1. Vinum de vite, & quidem omne, siue album, siue rubrum, siue ex una regione siue ex alia, siue ex natura sua debile, siue (quod adhiberi pro sacrificio semper est convenientius) ex se generosum. Notat autem Vasq. 3. p. d. 175. apud Leandrum tractat. 7. de Sacr. q. 2. q. 25. Licet vinum rubrum ratione coloris magis assimilaretur sanguini, idemque vinum rubrum in Scriptura solet vocari sanguis vite, unde propter hoc convenientius videatur poni in Sacrificio, tamen absolute convenientius est, propter munditiam, album.

Pars III.

2. Mustum item, teste S. Th. 3. p. 9. 74. art. 5. & habetur in c. Omne Vinum, de consec. d. 2. id est liquor ex uvis recenter expressum, apta est materia, licet illicita, propter consuetudinem Ecclesiæ, &c.) quia est in substantia vinum & quidem potabile, licet non sit plene purgatum, seu decoctum. Excipe quoad illud de illicito usu necessitatem dandi Viaticum, vel quid simile. Excipit etiam Leander l. c. q. 33. festum Transfigurationis, ubi consuetudo viget eo die consecrandi in musto.

3. Vinum congelatum, non solum postquam sit liquefactum, verum etiam dum est actu congelatum, l. 2. Opus. de Sacr. Missæ, c. 8. §. 8. a. n. 8. sustinui esse materiam consecrationi idoneam, quia ex se, & natura sua est potabile. Retinge locum; nam plura minutiora ad huius rei praxim ibidem invenies.

4. Vinum aqua, vel alio humore satis modico mistum, apta est materia, quia sic non amittitur, nec substantia vini, nec demonstrabilis vini, per illud *Hic est Calix*, &c. Sicuti in simili dictum est modo §. precedente.

5. Vinum ex se acidum, cum vere sit vinum, apta est materia. Imo licet cum peccato, valide tamen in rigore Consecratio fieret in vino, quod incipit acescere, seu in acetum abire, si ad huc vere est vinum, quod palato, imò & odore recte distinguere norunt aliqui, vide mox n. 10.

Materia certo inepta ad consecrationem Calicis.

6. Vinum ex pomis, vel aliis rebus, quam ex vite, Mustum item in uvis existens, Agrestium item, vel liquorem ex eadem expressum, quod Omphacium appellamus, ineptam materiam ad Consecrationem certo pronunciamus, quia nec vere vinum sunt, nec sunt ullo potabilia.

7. De guttula non sensibili, quod apta non sit, collige ex dictis §. præced. n. 12.

8. Vinum imbibitum in pane, non est apta materia, quia non potest de illo absolute dici, *Hoc est vinum*, sed potius, *Hic est panis*, nam propterea, hunc panem vino madefactum esse materiam Sanctissimi Corporis, ibidem dixi num. 6. Adde vinum in pane imbibitum valde assimilari musto in uvis existenti, quod modo ineptum esse consecrationi, sine ulla controversia, docuimus omnes.

Liquor expressus ex uvis passis (quidquid dicat Amicus in cursu Theol. tom. 2. d. 16. sect. 3. n. 3. Diana p. 7. r. 12. resol. 8. apud Amedeum contra Anonym. de Euchar. proposit. 3.) non est apta consecrationis materia. Ratio non debet esse illa, in qua prædicti putant, nos inniti, sed quia hic liquor, seu succus, nec est ullo modo vinum, nec Mustum. Sicuti enim Sapa, quod nos vocamus Mustum coctum, seu vinum coctum, quia est decocta à Musto, deperditis fere omnibus partibus subtilioribus, nec vinum, nec mustum est, unde nec computanda inter potabilia, sed comestibilia, ut ego supposui lib. 4. in Decal. c. 3. §. 2. num. 5. in Tractatu de Ieiunio; ita succus ex uvis passis, adeo ficans, & decoctus est, ut nullam vini, vel musti potabilitatem servet, sicque potius dicitur sapa, si milis, quam vino.

Materia dubia pro Calicis consecratione.

9. Vinum, quod conditur aromatibus, & huiusmodi rebus, semper est, si non sit satis modica immixtio materia dubia, quia semper timetur, an aromata adeo sint valida, ut vinum extrahant, si non à substantia vini, certe à denominatione absoluta vini, ut non possit dici, *Hoc est vinum*, sed abeat in malsum, quo veteres olim utebantur.

10. Pro dubia etiam materia habet saltem quoad praxim vinum illud, quod in acetum iam abire comprehenditur, quia quāvis, dixi num. 5. aliqui dignoscant an adhuc sit vinum, tamen semper timendum est, ne in acetum corruptum, iam penitus substantiam vini amiserit.

11. Quid fiet si ante vel post Consecrationem Sacerdos advertat pro vino appositum fuisse acetum in Calice, vel quam, satis dixi in Op. de Sacr. Missæ, l. 2. c. 8. §.

CAPVT

CAPVT II.

De Forma Consecrationis Eucharistia.

Eucharistia Forma continetur in his verbis à Sacerdote cum debita intentione prolata. Hoc est enim Corpus meum; Et, Hic est Calix Sanguinis mei novi, & eterni Testamenti, Misterium Fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

2. Porro siue illud *Hoc* sumatur adiectivè. (Ita tenet De Lugo d. 11. de Euc. n. 154. si attente legatur.) Vt sensus sit Hoc est Corpus meum, sicut pronomen. *Hic* sumitur in forma Calicis, siue sumatur substantive (Secundum Suar. d. 58. de Euc. scilicet 7. cum S. Th. v. *Quin etiam*) ut non denotetur Christi Corpus, sed aliqua ratio communis Substantia, vel Enti, ita ut sensus sit, *Hoc*, quod continetur sub his speciebus, est Corpus meum, valida est Consecratio. At verò an satis sit, si Sacerdos, dum consecrat proferat verba *Suarium*, l. c. scilicet 4. An debeat proferre significando. Val. d. 200. c. 2. id est personaliter faciendo, quod Christus fecit, an potius utroque modo: Teste de Lugo d. cit. 11. n. 110. cum S. Th. Vale. Suar. aliisque, ut fiat rite Consecratio explicare nostrum non est, sed Theologorum; nobis sufficit monere Sacerdotem, ut intendat se gerere, sicut intendit Ecclesia.

3. An item si quis mutet ejusmodi verba, proferendo v. g. sic, Hoc est Corpus Christi. Ecce Corpus meum. Hic cibus est Corpus meum, Hoc sit, seu fiat Corpus meum. Ego consecro hunc panem in Corpus meum, Ego conficio Corpus meum ex pane, Accipite, & comedite hoc Corpus meum. Hec est substantia mea. Hic est cibus meus, An, inquam, si quis in consecratione Corporis, (& quid simile in consecratione Calicis. Vt videre est in Suar. Vasq. Conin. De Lugo aliisque innumere, citatis à Leand. tr. 7. d. 9. à 97.) ita proferat, conficiat Sacramentum, Theologis querendum relinquamus. Lege Lean. d. 9. à 92. Profecto hæc, vel similes formæ, saltem dubiæ sunt, & aliquæ nequaquam sufficientes: Nam propterea ab illis, sub pœna peccati gravis abstinendum erit semper.

Afferamus nunc in singulis legitimæ formæ verbes, aliquid seitu dignum.

Hoc.

4. Quoniam pronomen (*hoc*) est demonstrativum rei præsentis, ideo duo avertunt Theologi. Primo, debere materiam esse præsentem. Secundo debere esse certam, & determinatam, neque enim de re distant potes cum veritate dicere, *Hoc*; Rursus neque de re indeterminata, de aliquo v. g. qui fortasse est infirmus inter decem homines, quemque tu, quia nescis, non vales determinatè designare; non potes cum simili veritate proferre. Hic homo est infirmus.

Tria ergo habet de præsentia, tria de determinatione.

Materia debet esse præsens.

5. Primo, sicuti non est necesse videre materiam consecratam, neque illam tangere, ita nec secundum Suar. d. 43. de Euc. sec. 5. aliisque, necesse est, sonum verborum formæ pervenire physice ad materiam, secus submissa voce Sacerdos Formam proferens, quæ vox non pertingeret, usque ad materiam, non consecraret, quod est inauditum.

6. Secundo, Materia posita à tergo, vel post parietem non consecratur. Ita Suar. l. c. cum S. Th. aliisque. Addit Coninc. quæst. 14. de Euc. ar. 2. dub. 1. n. 22. nec hostia latens sub mappa Altaris, quia non potest quis pro illa sic posita uti pronomine (*Hic*) Contra vero, materia coram Sacerdote collata, quamvis linteis tantummodo cooperta, vel etiam clausa in Pixide, vel posita in Tabernaculo; seu Sacrario aperto, valide consecrabitur, quia

rectè tunc aptatur illud (*Hoc*) Dico, valide, quia illicitum usum nullo modo hæc probandi potest per consecratum usum Ecclesiæ consecrationem facere.

7. Quid si Tabernaculum sit clausum à hostia? Aliqui inter quos est Coninch. l. cit. æquiparant Tabernaculum clausum parietem, & consequenter negant consecrationem. Aliqui inter quos est Leand. l. cit. d. 8. q. 63. æquiparant Pixidi clausæ, & consequenter consecrationem affirmant: Tabernaculum quæsi vas magnum est, inquit, ergo eo demonstratur, & id quod in illo continetur. De Lugo d. 4. de Euc. num. 123. id sub dubio relinquimus, ergo sit de valore, tu ab hoc semper cave, quia illicitum. Et quidem si Tabernaculum sit apertum, vel clausum, ex alio capite tanquam illicitum demonstratur, quia materia consecranda, vel debet esse in manibus Sacerdotis, vel supra aram lapideam in Altari.

8. Tertio, certum esse, ait Sotus d. 9. ar. 2. postquam consecrari, si distet à consecrante per decem passus: at si distet per triginta, esse ait, valde dubium, adesse ejusmodi dubium dicit Leander. l. cit. d. 6. ar. 2. rum esse, valide sic posse hostiam consecrari. Ego Bonacina d. 4. de Euc. q. 2. p. 6. n. 11. in certis pronuntio, non enim video, quia ratione res à me triginta passus distans, ita sit mihi præsens, ut de illa sim vere dicere (*Hæc*).

9. Huc reduci potest illa quæstio, An si magis potestas apponatur consecranda, solum illa pars panis vini consecratur, quam Deus videt esse innotu præsentem, an tota? Partem, putat Suarez. De Euc. l. cit. fine, totam Vasq. in 3. p. d. 171. n. 25. Cai alibi. G. l. d. 2. Euc. diff. 15. quia, hic indicat sufficere, si præsens sit præsens secundum aliquid sui, id quod illud nequaquam putat; caute denique De Lugo de Euc. q. n. 127. rem dubiam relinquit.

Materia debet esse determinata.

10. Primo notanda est doctrina, quam citat de Coninch. q. 74. ar. 1. dub. 3. n. 37. docet enim tria, primo si Sacerdos velit consecrare quinque hostias, ex decem v. g. quas habet præsentem, eum debere determinare, ut in particulari velit, secus nihil facit, quia tunc incertum non esset determinata. Secundo docet, posse eundem valide consecrare quinque, si mente intendat consecrare eas quinque, quas Petrus v. g. antea designavit. Tercio docet, invalidè tamen consecrari, si mente intendat consecrare eas quinque, quas Petrus v. g. post consecrationem designabit, quia sacramenti confectio non pendet à eventu, seu conditione futura.

11. Ego ex his primum & tertium cum sententia communis satis approbo: secundum, pace tanti Doctoris, modo, sicuti nec approbant Suar. d. 43. scilicet 6. Vasq. l. cit. 171. n. 1. aliique, quia nisi Petri, vel etiam Dei voluntas manifesta fiat Sacerdoti, non potest Sacerdos, pro pronomen, *Hoc*, designare quas Hostias consecrare vel.

12. Secundo si inter consecratas particulas per cuius incuriam una, vel plures non consecrate in eodem cumulo immiscerentur, non posset ille cumulus ab illis consecrari, quia caderet Consecratio in tantum consecrari, quod esset sacrilegium. At limitate, puta cum inter consecrandi eam, vel eas, quæ consecrate non sunt, valide posset, quam sententiam ego docui. Ita, apud Sacer. Missæ c. 1. §. 3. n. 10. & nunc in ejus confirmacionem adduco Dian. cit. à Bauci more afferendo, & Leand. tr. 6. d. 8. q. 78. & 79. quia sic consecratio non cadit in hostias consecratas, & ex alia parte, sit determinata designantur, dum designantur eæ non consecrate, id enim determinata sunt; non autem vage, vel confusè. Scio De Lugo d. 4. de Euc. n. 136. quem sequitur Zaccaria selectis quæst. 47. esse contra me, qui denique dicit, propter dubiam consecrationem debere illum cumulum servari donec corrumpatur, sed mihi probabilior videtur nostra sententia.

Novi, & eterni testamenti. *Mysterium Fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*

23. Celebris hic est quaestio, an haec verba praeter illa (Hic est Calix Sanguinis mei) sint de essentia formae Calicis. Varii varia. Profecto si quis Latinus ea omittat, peccabit mortaliter, quia in re gravissima negliget praecceptum, vel usum antiquissimum Ecclesiae. At valide fiet consecratio? Respondeo, esse valde probabile, & mihi certum, validam fieri, sed non esse omnino sine controversia. Nam multi Thomistae omnia illa verba, modo posita, requirunt ad valorem, quae est quaestio celebris, late agitata à De Lugo de Euchar. d. 11. sec. 3. aliisque ab eodem citatis. Vnde prudenter advertunt nonnulli ut Hentig. lib. 8. c. 17. n. 4. Bonac. d. 4. q. 3. p. 2. n. 3. aliisque apud ipsos. Sacerdotem, vel debere habere intentionem consecrandi calicem, per haec omnia verba, vel, si nolit rem ipse decernere, (vt certe omnibus auctor sum, vt non decernant) debere se referre ad intentionem Ecclesiae, intendendo consecrare per verba, quae Ecclesia, intendit. Cum enim nomine Ecclesiae intelligatur morale Ecclesiae corpus, cuius caput est Christus Dominus, etiam si omnes Fideles id nesciant, scit certe ipse Christus, qui hoc Sacramentum instituit, &c.

Quod si contingat mori Sacerdotem, nondum prolatis praedictis verbis, praedicti Thomistae dicent, recitandam fore totam formam, ab eo Sacerdote, qui de more supplere debet sacrificium inceptum, atque interim illum Calicem esse sub conditione adorandum, ut signatè dicit Bonacina ibid. n. 4.

CAPUT III.

De intentione requisita ad Consecrationem.

Remissive.

1. DE hac locuti sumus in tr. 1. sive lib. 1. c. 2. §. 1. de Sac. in gen. & rursus in Opusc. de Sac. Missae lib. 2. c. 1. §. 2. quare de illa hic differere, opus non est.

CAPUT IV.

De dispositione, quae requiritur in suscipiente Eucharistiam.

Remissive.

1. Sive de corporali, sive de spirituali, quae hic requiritur, actum est pluribus in Opusc. de Comm. 1. c. 2. &c. non igitur de ea hic iterum agere oportet.

2. Nisi forte id in praesentia addendum sit, quod ad spirituale dispositionem reduci commodè potest, quodque ibi omittere brevitas coegit. Id igitur hic agamus, quaramusque, an sit majus bonum spirituale sumere plures particulas, quando communicat, quam vnam, & consequenter an licitum sit, illas plures sumere, quod idem quaerere possumus de majori, vel minori hostia, parcio-re, vel largiore potu Sanctissimi Sanguinis, &c.

3. Ad utrumque Respondeo, vtilius quidem esse, atque adeo majus bonum spirituale plures sumere, non per se, sed per accidens, & nihilominus esse illicitum id facere de industria. Explico breviter, quod pluribus profequuntur Theologi, vt Valq. d. 103. n. 23. & 24. de Euchar. De Lugo de Euchar. d. 12. à n. 46. G. Hurt. d. 8. de Euchar. diff. 2. alique.

4. Et probabilis opinio apud eosdem, & signatè advertit. Valq. l. c. n. 26. Eucharistiam toto tempore quo durat ejus species in stomacho posse causare gratiam. Quando enim Christus Dominus est apud eos. Sacramentaliter, si nos actus devotionis plures, & plures tunc exhibeamus, ipse causat in nobis gratiam, ad quam per eos actus disponitur. Quoniam ergo sumendo plures particulas, vel hostiam majorem, diutius Christus Dominus apud nos, ut ita dicam, hospitatur, longius tempus ha-

C 3 bemus

13. Contigit non multis ab hinc diebus, ut Sacerdos cum attulisset ad Altare duas hostias, non advertens, vnam alteri esse suppositam, de more consecrationis verba legitime protulerit. Quoniam ex duabus consecrationem sortita est? Respondeo. Neutram alunt aliqui. Apud Leandrum l. c. quaest. 71. aliqui Apud eundem solam vnam, nempe illam, quae erat in prospectu Sacerdotis.

Verum ego vtramque longe probabilius cum Leand. ibidem citante Suar. Valq. Hurt. aliisque, & communiter, saltem regulariter in praxi puto, quia Sacerdos solet habere intentionem consecrandi quicquid habet in manibus.

Alios similes casus, valde ad hoc argumentum facientes satis, superque consideravimus in dist. Opusc. l. 2. c. 1. cas. §. 3. de Sac. Missae.

Est.

14. Vide quae mox dicam n. 18.

Enim.

15. Haec particula non est de essentia formae, & quidem sine peccato mortali (praeciso contemptu) omittetur, quia satis est materiae parvitas, Imò non esse certum, fore mortale, si omitteretur ex contemptu, putat Sotus in 4. d. 1. q. 1. art. 8. §. si autem quia adhuc contemptus parvitate materiae non caret.

Corpus meum.

16. Siquis dicat, Hoc est corpus meum, Hic est corpus meum, Hic est corpus meum, grammaticaliter libetur, sed valide consecrabit, quia mutatio est accidentalis. Vide Suar. d. 59. sec. 2. cum Valq. praec. Eccl. 4. lib. 2. c. 6. n. 18. & alii addentem validam esse absolutionem si ex ignorantia dicat Confessor Absolve tibi.

17. Idem putat Leand. r. 7. d. 9. q. 17. de eo, qui dicat Illud est corpus meum, quia pronomen, Illud licet aliud latine significet, aliquando tamen saltem ab indoctis usurpatur pro Hoc, Idem ibidem. Non idem esset si quis diceret, Illud est corpus meum, quia pronomen, Illud, apud multos est offensivum materiae praesentis.

18. Quid si quis pronunciet Meum, pro, Meum De hoc, & similibus audi Sotum apud Leand. l. c. q. 17. & 20. qui sic habet.

19. Sunt autem peiores, quam scitulosi, & morosi, qui putant, si pro Meum, dicant, Meum non consecrari: est enim decidendus scrupulus. Hispani namque agere proferunt M. finale. Imò pro, Est, velocitate linguae dicunt. Et, nullus exurgere debet scrupulus, quoniam T. post S. in fine difficile etiam Hispani pronuntiant: Ex accommodatione enim usus, legimus servatur sensus, sicut in balbutientibus. Et paulo post. Imò quamvis non adhibetur diligentia proferendi M. finale in Meum, vel si forte non proferatur T in verbo, Est nullam profecto reor culpam incurrere: Deus enim non est istarum minutiarum observator.

20. Haec Sotus: licet severius, quoad hanc diligentiam adhibendam, loquatur Fagundez l. c. n. 21.

21. In his, autem, similibusque casibus adverto, Sacerdotem sic forte pronunciantem, non posse prolata jam tota forma, iterum illam super eandem materiam proferre, quia tunc caderet consecratio in rem jam consecratam.

Hic est Calix Sanguinis.

22. Si quis proferat Calis, pro Calix, vel Sanguinis pro Sanguinis (ita enim pronunciant Hispani) vel, Hic est Calix Sanguinem mei. Vide Leand. r. 7. d. 9. q. 28. vel Hic est Calix Sanguinis mei, idem dic, quod modo diximus à n. 18.

Aliis similes formas Sanctissimi Sanguinis equipolentes legitime formae vnde aptas ad consecrationis valorem, sed certe (quia sunt contra usum Ecclesiae) illicitas, vide late apud Leandrum loc. c. quaest. 12. 25. 26.

1728. &c. & Fagundez praec. Eccl. 3. l. 2. c. 6. an. 18.

Par. 111.

beremus, quo actus plures, & plures devotionis exercere valeamus, & consequenter maiores effectus gratiæ consequamur, unde utilius nobis sit, plures accipere.

5. Et nihilominus repero, nec Sacerdoti licitum esse alteri dare, nec Fideles sumere particulas plures, etiam omni cessante scandalo, etiamque propter diuinum finem maioris gratiæ. Nam quod ad necessitatem consumendi v. g. particulas consecratas, cum renovatur Sacramentum, vel propter similem necessitatem id fiat, licitum esse, immo pium, nulla est dubitatio. Ratio autem nostri dicti ducitur, siue ex usu antiquo Ecclesiæ in re gravi. Ut placet Henrici. l. 8. c. 43. n. 2. & lit. K. G. Hort. & V. q. 11. c. 6. siue ex periculo, quod posset sensim introduci superstitio, vel opinio aliqua nova, de virtute huius Sacramenti, nam propterea Inquisitores solent contra id facientes diligenter procedere. Audi Valg. l. c. num. 26. sic loquentem. *Quamvis id seculis scandalo, non per se illicitum sit, curandum tamen esset, ne maior quantitas specierum mulieribus ignorantibus daretur. Quia licet tolerabilis esset usus propter opinionem aliquorum, tamen introduci posset falsa opinio de veritate huius Sacramenti, ut eo maior existimaretur, quo plures essent species panis, aut quo maior quantitas illarum esset. Hæc Valguez.*

In quibus Nota illud, licet tolerabilis esset; non enim addidit, licet si scisset esset, quasi dicat, Concedatur gratis, esse tolerabile, non est tamen faciendum, propter dictum periculum.

6. Volo item, ut adnotes, licet hoc periculum non esset in viro Theologo, & docto; tamen contra hunc militatam primam rationem de usu Ecclesiæ in re gravi.

7. Solum excusarem illum, qui libentius grossiorem hostiam, vel aliquid plus vini in Calice poneret motus à dicto fine habendi diutius apud se Christum Dominum, modo non excedat hostiæ, vel vini quantitatem, plus minusque apponi solitam, excusarem, inquam, propter ejusmodi devotionis affectum, at si excedat, excusare non possem; sic enim dictum usum Ecclesiæ non custodiret.

8. Neque obstat maior devotio ex diuturniore mora Christi Domini, neque obstat, inquam, quia si quater v. g. in die communicares, etiam maior esset devotio, & diuturnior Christi præsentia nec tamen id faciendum, quia non est negligendus usus Ecclesiæ. Semel communicandi in die, iudicaretur enim satius esse, has rationabiles, & reverentiæ Christo debitas consuetudines ad vnguem fervare, quam illegitimo illi, ut sic loquar, affectui devotionis indulgere: præsertim cum ea devotio alia via possit, puta bonis operibus, & ferventibus animi moribus compensari.

CAPVT. V.

De Precepto Communionis.

1. **D**Vplex præceptum alibi diximus esse de suscipienda Sacra Eucharistia, scilicet in periculo mortis. Vide In Opuscul. de Comm. cap. 5. §. 1. & in Paschate, cap. 4. §. 4. n. 44. ibidem sufficienter egimus de utroque.

Advertere tamen libet duo. Alterum pertinens ad Communionem in periculo mortis, alterum ad Communionem in Paschate.

§. I. *An in periculo mortis aliquando liceat communicare sub speciebus SS. Sanguinis?*

1. **I**N aliquo casu ita necessitas, ut deberet Fidelis decedere ex hac vita sine Viatico, nisi communicaret in utraque specie, vel nisi communicaret in solo Sanguine, quod evenire posset, quando infirmus non haberet vires deglutendi Sacram Hostiam, sed solum res liquidas, puta vinum, vel hostiam vino madefactam. In aliquo, inquam, ejusmodi casu, id liceretne?

2. Respondeo. Concedit esse probabile in tantum necessitate Leander. 7. disp. 11. q. 31. citans alios, & alios. Cum autem Leander loquatur absolute, videtur concedere, etiam si infirmus receperit Sacramentum Pœnitentiæ, vel Extremæ Unctionis, & quæ ad hoc probabiliter iudicaretur esse in statu gratiæ.

3. Verum negant Suar. Fag. Gran. alique opus. Leander. l. c. quos ego malim sequi, quia, quod Pontifex Summus aliquibus quos enumerat citatus Leander, id concedit in nonnullis casibus ab eodem enarratis, jam concessit semper pro proximè morituris non valentibus habere absumere, Pontifex in Ecclesia Latina dispensationem nunquam legitur. Imò cum ex ejusdem Ecclesiæ quæ in reverentiam tanti Sacramenti semper valuit illud ministrare debitis modis, tunc ex Tridentino sess. 21. fine, quod integrum hoc negotium, concedendum est Nationi, vel Regno, utramque speciem remitti singulis Prudenti Summi Pontificis, ostenditur, nolle Ecclesiam concedere ejusmodi facultatem, nisi hic, & nunc Summus ipse Pontifex causis expensis, expressè concedat, non tamen id temerè cuique pro dicta necessitate morientis.

4. Post hæc scripta incidi in Responsa Moralis Leonis De Lugo in Resp. Mor. lib. 1. dub. 10. n. 2. negant cum Suario, posse dari Sanctissimum Sanguinem moribando non potènti Sacram Hostiam deglutire.

5. Addo autem, Primum, in eo casu posse infirmum non potènti siccam hostiam absumere, tradi exiguum particulam hostiæ consecratæ intinctam vino non contrariato, nam sic facile posset eam deglutire, & ex illa pro Viatico non requiritur ieiunium rigorosum, ut in le, &c.

6. Secundum, non propterea ait Leander, l. c. q. 31. hiberi, laicum assumere Calicem, si forte mortuus sum, dote esset periculum, ne indignè Sacer sanguis trahatur ab Hæreticis, vel ne verteretur in acetum, vel in casu prolethus in terram, non esset Sacerdos, qui potest lambere, vel sumere. Nam tunc reverentia ipsa, Sacramento debita, de iure naturæ requirit, etiam à non posse reverenter absumi. Quæ dispositione animi, vide in Opuscul. 1. de Communione.

§. II. *An possit concedi dispensatio de non Communicando in Paschate?*

1. **E**Narrabo, ut id explicem, casum olim mihi propositum. Verisbar Agrigenti ob quendam mortis Ordinis negotia, ab Eminentissimo Cardinali Rodolpho per id tempus Agrigentino Episcopo, expedienda; Discrepant, quibus feriæ Paschales celebrabantur; Quamvis vicinis oppidis quidam Diocesanus Agrigentum accessisset, postulans ab Episcopo, vel Dispensationem non communicandi in Paschate, vel communicandi non ieiunè. Asserebat enim ex Medicorū scripto testimonio non posse absque notabili, ac gravissimo vitæ periculo vel paucas horas sine nova cibi assumptione transigere. Quare, aut Communionem eo Paschali tempore accipere, aut cibatum communicare oporteret. Magna exorta est disputatio in Episcopii aula inter illos inter Theologos, siue Canonistas, qui Cardinali assensum aliquibus asserentibus debere huic concedi facultatem communicandi non ieiunè, ut Præcepto de Communionem Paschali satisficeret, aliquibus contra eorum sententiam, satius fore, si concederetur dispensatio non communicandi, ne scilicet violaretur præceptum antiquum, & tam debitum reverentiæ huius Sacramenti de Communicando ieiunè. In tanta perplexitate, quodnam ex duobus hisce præceptis, prævaleret, quodque alteri cedere deberet, dubitatum per plures horas fuit. Ecce autem cuidam ex illis menti occurrit hominem à Societate Iesu per eos dies Agrigenti commorantem, quare id aliis suggessit, qui communi consensu Reverendum Archidiaconum Dom. Ioannem Giffellum, verendum Archidiaconum Dom. Ioannem Giffellum, in cuius ego domo exceptus hospitabar, à me suscitatum, miserunt, quid ego de illa questione sentirem Equidem

Equidem fateor, me tunc satis jejune, nec valde in ejusmodi moralibus questionibus instructum, hæsisse ad postulatam. Verum, (ut solet in subitis casibus) non quidem ingenium, (quod admodum tenue mihi inesse animadverto) sed respondendi necessitas viam aperuit ad satisfaciendum postulanti sibi expediam. Itaque respondi, mihi videri, in proposito casu eminentissimum Dominum neutrum ex dictis præceptis posse, vel debere dispensare, cum utrumque probe valeat ab infirmo illo Diocesano sacrum tectum custodiri. Poterit enim in prædicta fame, nec alia (ut idem ipse facebatur) infirmitate laborans, aliquid cibi sumere ante mediam noctem, & postquam, vel alteram horam sequentis diei communicare, cum jam sit, quoad sequentem illum diem satis, superque jejunus. Plausum dedit, etiam manibus, nec solum voce, ad responsum Archidiaconi: Et O quam belle, inquit & expedire utrique præcepto satisfactum est! quorum neutrum Eminentiissimus Cardinalis dispensare merito hæcenus recusavit. Sic ille, nec amplius, tum ipse, tum alij de ea questione (cuiam facilius ex illis duobus præceptis dispensationem concedi liceret,) fuerit solliciti.

2. Porro, ego illi plausui nihil arridens, erubui, non ut putavit Archidiaconus, ob conceptam ex dato plausui modestiam, sed propterea, quod questionem illam, ut de ea erat directa postulatio, si forte amplius instasset, evolvere, nescivissem. Quare resedit animo propositum, ubi opportunitas librorum mihi suppetere, diligenter percuratandi, æquanim Doctores de illa decernerent. Verum, ut in similibus sit, cum aliis fuisset distractus negotiis, studique, à mente prorsus excidit, penitusque refixit ardens illud inquirendi desiderium; nunc vero, dum post triginta quinque ferè annos hæc scribo, in mentem tempestivè redit antiquum illud propositum, autemque vellicat, ut breviter in lectorum gratiam id meo more decernam.

3. Præmittendum est, præceptum assumendi Eucharistiam jejunè, esse totum Ecclesiasticum, ut docent omnes communi calculo Theologi, scilicet S. Thom. Vasq. Suar. Gran. Del. alique cit. à Lean. tract. 7. de Euchar. d. 2. q. 1. quibus adde De Lugo d. 15. de Euchar. c. 2. communicandi vero in Paschate esse partim Ecclesiasticum, sed ex origine, Divinum: quatenus scilicet CHRISTUS Dominus præceptum adultis dedit communicandi aliquoties in vita. Vide S. Th. Suar. Grand. Vasq. aliosque quod Lean. cit. (nec solum semel, ut Palud. & Caët. apud eundem minus probabiliter putant) in illis verbis: *Nisi manducaveritis Carnem filij hominis non habebitis vitam æternam*. Sed quia tempus non determinavit, ideo Ecclesiasticum præceptum prædictum tempus pro adultis designavit, affluente Paschalibus feriis. Simile etiam esse præceptum Confessionis moralium habes apud Dianam p. 1. r. 8. res. 3. 6. & 37. Ex his jam colligis, urgentius, ac fortius præceptum esse de communicando in Paschate, quam de communicando jejunè.

4. His habitis, dico Primo, Summum Pontificem (nam mox de Episcopo) posse facilius dispensare præcepto de jejunè communicando, quam præcepto de communicando in Paschate. Pater ratio ex dictis, quia in priore dispensat in suo præcepto, in posteriore dispensaret in suo quidem, sed quod est Divino; ut ita dicam, immixtum,

nam propterea notanda est limitatio, mox num. 6. proferenda.

5. Et quidem rectè De Lugo l. c. n. 142. quærens. An Summus Pontifex obligetur communicare in Paschate, ait, probabile esse, quod si hanc legem Ecclesiasticam communicandi in Paschate, non omnino tolleret, quoad se Pontifex, sed alteraret, quoad tempus, volendo quod determinatio temporis quoad se, esset pro aliqua vice, annus v. g. cum dimidio, non peccaret graviter utrique, quia dispensaret in lege propria: quasi dicat De Lugo, potest Pontifex differre, non verò præceptum tollere, quia non potest tollere id, quod de præcepto divino est.

6. Ex qua Doctrina vides Summum Pontificem posse quidem huic semper egredienti Fideli de quo loquimur, ne jejunus communique, dispensare; dispensat enim in proprio, id est Ecclesiastico præcepto, ut aliquando Carolo V. dispensasse, etiam devotionis causa, dixi ex Pammiano in Opus. de comm. c. 2. §. 8. n. 46. At vides insuper non posse eundem Summum Pontificem dispensare, ut nunquam communique, quia dispensaret in præcepto Divino: solum enim posset, ut communionem pro aliquo tempore differret, quia sic dispensaret, ut dictum est in Ecclesiastico.

7. Dico Secundo, Episcopum non posse dispensare, ne quis non jejunus communique, multo minus propter prædictam originem à præcepto Divino, ne quis communique in Paschate. Ratio est; quia hæc sunt præcepta totius Ecclesiæ à Conciliis, Summòque Pontifice impositis in quibus nihil potest Episcopus qui est Papa inferior, ut est omnium vulgata doctrina. Ita apud Castrop. tom. 1. tr. de legib. & apud Dian. p. 7. tr. 10. res. 37. nisi forte in aliquibus, legibus quarum dispensationis necessitas frequenter occurrat, ut in legibus de jejunio Ecclesiastico, de laborando diebus festis, &c. Tunc enim potestas dispensandi conceditur Episcopis ob bonum, ac suave regimen Fidelium. Cum ergo necessitas dispensandi in duobus præceptis, de quibus præsens est disputatio, rarissime occurrat, Episcopis integrum non est dispensare, & Eminent. Card. Rodolphus, eam dispensationem merito concedere recusabat.

8. Sed fac, hominem illum continuato cibo indigentem vi remedio modo allato comedendi post mediam noctem, si per possibile, si per impossibile nequam posse, omnino remedio carebit?

9. Respond. si prædictus in periculo mortis sit constitutus, jam poterit non jejunus per modum Viatici communicare. Si sanus, jam tempus suppetit recurrendi ad Summum Pontificem, ut concedat, saltem aliquoties, ut quamvis alias sanus, non jejunus communique. Si denique interim superveniant feræ Paschales, dum expectatur Pontificis rescriptum, ipse verò nec est in periculo mortis, nec vi potest, sicut tu metaphysicè supponis, illo remedio comedendi ante mediam noctem, excusabitur à præcepto tunc adimplendo; tanquam ipsi tunc reddito moraliter impossibili, sequè tunc gerere poterit ac si esset in loco ubi nullus est Sacerdos, nulla Eucharistia, &c.

Atque hæc de Eucharistiæ Sacramento in presentia tractatiuncula; cætera enim ad illud pertinentia, sæpe, sæpe monui, sunt, petenda à nostris Opusculis de *communione, & de Sacrificio Missæ*.